



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Cap. IV. Prußia, seu Borussia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

§. 5. *Podlaffia, Podlaske.*

OLIM sub Imperio Lithuanix, & ex duplici Palatinatu viginti millia Nobilitatis armatae emittebat, nunc Polonici regni membrum est.

PAL. { BIELKA, seu Belza: *Byelsko*, aliter *Bulsko*, ciuitas ligno
 BIEL- munita, sicut & arx quæ aliquando spectante Rege,
 CEN- de cælo tacta tota deflagrauit. Sita ad Fl. *Byala*.
 SIS { Tykoczinum: *Tykoczin*, vrbs lignea ad Fl. *Narenu*, mu-
Palat. nitissima in paludibus. In eâ moneta percutitur, &
de Biels- Regis Thefaurus asseruatur.
ko, ou { Knyssinum: *Knyssin*, lignea vrbs, vbi Regis Palatium, &
Bulsko. horti peramceni.

PALAT. { DROHICINA: *Drohicin*, ciuitas ligneis muris
 DROHICI- sepra ad Fl. *Bug*, qui collem cui vrbs insidet,
 NENSIS alluit. Hic curia in qua de causis nobilium
Pal. de Drohicin. disceptatur.

CAPVT IV.

Prussia, seu Borussia.

CVIVS incolæ Prutheni, & Borussi dicuntur, vnde Prussia aliquando Borussia Latinè scribentibus appellatur. Æneas Syluius, qui in iis partibus legationes obiit, putat olim Vlmiganos appellatos: item & Alanos, & Gothos, & Vandalitas eandem Regionem occupasse. Vnde autem Prussia dicta fuerit ignoratur, nisi Mathiæ Poloni tibi arrideat fabula eam à Rege Prussiâ deducentis, qui impellente Annibale bellum Romanis indixit, & ab iis domitus in eas regiones secessit. Hoc certum circa annum Christi 1200. deuenisse in potestatem fratrum Teutonicorum, qui aliter postea & Crucigeri, & Mariani, & Pauperiani dicti sunt, & ex duobus ordinibus in vnū coaluerunt. Igitur circa prædictum annum Conradus Mazouix Princeps à Prussis vexatus ab Imper. Friderico II. auxilium petiit, qui eò misit fratres Teutonicos nuper à Saracenis ex Palæstinâ depulsos, qui & accepere Culmensem

terram cum arce Dobrinenſi, eâ lege vt Pruffiam cum eo diuiderent. Eius autem ordinis Sacerdotes cum loricâ, & gladio poterant celebrare. Quomodo autem hic ordo defecerit, & pars huius ditionis ceſſerit Regi Poloniæ, pars Marchioni Brandeburgico diximus ſub initium huius libri in Hiſtoricis. Duplex autem circumfertur Pruffiæ diuiſio, altera antiquior, ſed ſeruata monimentis Boruſſorum; altera recentior; vtramque hic exhibemus. Antiqua quæ prima obiicitur dicitur eſſe facta à Videneto Rege inter duodecim filios ſuos.

§. I. Antiqua Pruffiæ diuiſio.

- I. Et maximè Borealis SCLAVONIA, ſeu Schlauonia à Schlauone, vbi ciuitas Ragneta ad Fl. *Memel*.
- II. Eam excipiebat NADRAVIA, ſeu Nadrouia à Nadrone, ibi nullæ vrbes, omnes enim à fratribus Crucigeris deletæ, poſtea tamen conditum Georgenburgum.
- III. Excipiebat illam NATANGIA à Natangone, vbi Brandenburgum.
- IV. Ab Oriente prædictæ adiacet SAMBIA, ſic dicta à Saymore primogenito Videneti, vbi Regi-mons.
- V. Ad Orientem ſtringebat illam BARTONIA à Bartone, cum vrbe cognomine, fortè hodie *Bartenſheim*.
- VI. Adiacet Podlachia, & Lithuania SYDAVIA à Sudone, hic nullæ arces aut vrbes, omnibus per Crucigeros euerſis.
- VII. Verſus Meridiem attingebat eam. GALLINDIA à Galindone, vbi nunc Orteleſburgum.
- VIII. Suprà in Boream reflectendo VARMIA à Varmone, vbi vrbs cognominis, cuius Episcopus legatus erat, qui Ludouicæ Mantuanæ nuptias celebrauit, cum ſuo Principe.
- IX. Adhæret ei HOCKERLANDIA ab Hoggone, vbi Elbinga.
- X. Coniungitur ei POMESANIA à Pomedzone, vbi Marienberg.
- XI. Hanc excipit CULMENSIS DVCATVS à Colmo, vbi Culmina.
- XII. Extrema denique verſus Poloniam MICHOVIA, ſeu Michelouia à Michelone, vbi Straſburgum.

§. 2. Prussiae noua diuisio.

PRVS- SIA DV- CALIS	REGIMONS: <i>Mont Royal</i> , Germanicè <i>Kuninsperg</i> , Polonicè <i>Kroleuuec</i> , vrbs maritima, & portus nobilis ad Fl. Pregellam, qui paulò post in Habum delabitur; vrbs triplex, illustri ornata Academia.
<i>Li Prusse Ducale, ou de Brandebourg.</i>	<i>Fichusa: Fischausen</i> , ad Fl. <i>Fischeradt</i> . <i>Memelia: Memel</i> , castellum munitissimum versus Litioniam ad laci Curonensis exitum <i>Curisch</i> . <i>Ortelesburgum: Ortelzbourg</i> . <i>Mulhusa: Mulhausen</i> . <i>Brandenburgum: Brandenburg</i> .
PRVS- SIA	PALAT. GEDANVM: <i>Dantzik</i> , totius Prussiae Metropolis, vbi Fl. Rhodanus <i>Rodann</i> influit in Vistulam; vna ex quatuor primis Anseaticis. Quidam eam in sequenti Palatinatu collocant. POME- RANIÆ, Conitza: <i>Konicz</i> , aliter <i>Choymicze</i> , caput quibusdam huius Palatinatus. <i>Palat. de Pomerellen, ou de Cassubie.</i> Slochouia: <i>Slochouu</i> .
RE- GA- LIS,	PALAT. CULMENSIS } CULMINA: <i>Chulm</i> , olim nobilissima ciuitas, nunc deficit: Episcopi sui propria est sedes translata Colmensium: <i>Colmense</i> . <i>Palat. de Culm.</i> Burgelauia: <i>Burglaun</i> , aliter <i>Byrzalgnu</i> . Starugradia: <i>Starugrad</i> , aliter <i>Haldens</i> . Luterberga: <i>Luterberg</i> , seu <i>Olandberg</i> .
feu PO- LONI- CA,	PALAT. MARIENBURGVVM: <i>Marienbourg</i> , ab incolis <i>Margenbourg</i> , ad Fluum <i>Nogat</i> , alueum Vistulae, castro superbo munita, & populosa in primis. RIEN- Toronia: <i>Thorn</i> , ad Vistulam licet inferta in Culmensem Palatinatum, patria Nicol. Copernici insignis Astrologi. BVR- Elbinga: <i>Elbing</i> , ad Fl. Elbingam ex lacu GENSIS <i>Drausen</i> , exeuntem: vrbs ab Anglis mer-

la Prusse
Royale,
ou Polo-
noise.

Palati-
nat de
Margen-
bourg.

catoribus potissimum celebrata.
Christoburgum: *Christbourg*.

IN
EPIS.
VAR-
MIEN-
SI.

Hilberga: *Allersberg*, vbi residet
Episcopus Varmiensis Princeps.
Fraoberga: *Frauberg*, in quam
translata sedes Varmiensis.
Braufberga: *Brausberg*, populosa ad-
modu, vbi & Academia celebris.

§. 3. *Liuania.*

QVONDAM Polonorum fuit, dum dedecus Episcopi Rigenfis
vlciscuntur, & Liuonum auxilio contra Moschum adfuere; sed
ætate nostra magnam eius perdidere partem ac ferè totam, cum
antea Ducatus Curlandiæ, & Semigalliæ ius Polonicum profite-
rentur. De Liuoniâ egimus superiori libro in Succia.

§. 4. *Valachia.*

CVM adiunctis Multauiâ, seu Moldauiâ, itémque Bessarabiâ
Regi Polono se in clientelam dedere, immo & Transyluania: sed
ex quo hîc rerum potitus Ottomanus, nullos hostes capitaliores
iis Vayudis Poloni experti sunt.

